

2. Differentia inter Ecclesiam visibilem & invisibilem in statu Ecclesiæ, Eliæ coævæ, egregie fundatur, v. 2. & seqq.
3. In Sphæra actuque justificationis, legalis & operaria justitia exclusa est, nec meritum cum gratia reconciliari potest, v. 6.
4. Δόσις πνεύματος κατανύξεως non arguit Deum autorem peccati, v. 8.
5. Sanctitas externa & legalis, cujus fit mentio v. 16. 17. non evincit sanctitatem fæderalem; quam sanctorum liberis tribuunt Calvinisequæ.
6. Romanæ Ecclesiæ deficiibilitas luculenter demonstratur è v. 20. & seqq.
7. Universalis Judaicæ gentis conversio ante novissimum diem frustra expectatur è parhermenia v. 25. & 26.
8. Gratia indeficibilitas in fidelibus ex v. 29. probari nequit.
9. Universalis DEI voluntas in singulos homines salvandos folis quasi radio exarata in v. 23.
10. Exclamatio Apostolica, arcanum absoluti decreti Calvinistici, ac inevidentiam causarum prædestinationis, nequaquam tuetur v. 33.

## DISPUTATIO XII.

*Aphorismi ex Capite XII.*

1. Præceptum de λογικῇ λατρεία refellit officia sacra, in latina lingua præstita in regno Papæo, una cum cæca obedientia & fide implicita, v. 1.
2. Ἀνακαινώσις commendata, omne veterum consuetudinum fermentum tollit, neque omnis novatio in religione mala est, v. 2.
3. Unio mystica cum Christo non est mere relativa & accidentalis, sed substantialis, v. 8.
4. Uti fugienda in functionibus Christianis ignavia, ita & πολυπραγμοσύνη, v. 6.
5. Non omnis maledictio ab Apostolo prohibetur v. 14.

6. Vin-